BREVIARIUM BRIXINENSE

Neustift (?), um 1500 Seite 70r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35473
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



approquinquabit. Estimatus sum cum
descendentibus in lacum: factus sum sicut
homo inter mortuos liber. Sicut vul-
nerati dormientes in sepulchris quorum non
est memor amplius: et ipsi de manu tua
repulsi sunt. Posuerunt me in lacu in-
feriori: in tenebrosis et in umbra mortis
Super me confirmatus est furor tuus:
et omnes fluctus tuos induxisti super me.
Longe fecisti notos meos a me: posuerunt
me abhominacionem sibi. Traditus sum et
non egrediebar: oculi mei longuerunt
pre inopia. Clamaui ad te domine: tota die
expandi ad te manus meas. Nunquid
mortuis facies mirabilia: aut medici
suscitabunt et confitebuntur tibi. Nunquid
narrabit aliquis in sepulchro miseriam tuam,
et veritatem tuam in perditione. Nunquid
cognoscentur in tenebris mirabilia tua:
et iusticia tua in terra obliuionis. Et
ego ad te domine clamaui: et mane oratio
mea preueniet te. Ut quid domine repellis
orationem meam: auertis faciem tuam a me. Pau-
per sum ego et in laboribus a iuuentute